

Q. 182.

Ch. 182. (24)

Q. D. B. V.

Ve

1467

DISSERTATIO JURIDICA  
DE  
FUNDAMENTO JUDICIALIS  
PECUNIÆ DEPOSITIONIS  
IN  
PROCESSU CAMBIALI JURE  
ELECTORALI SAXONICO  
ADMITTENDÆ,  
QUAM  
CONSENSU MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS  
SUB PRÆSIDIO  
DOMINI  
D. JOHANN. GOTTLIEB. SIEGEL

DIE XXIII. FEBR. A. G. M D CC XXV.

H. L. Q. C.

ERUDITORUM EXAMINI

SUBMITTIT

AUTOR & RESPONDENS

JOHANN. CHRISTOPH. SCHINCK.

AURIBACH. VARISC.

NOT. PUBL. CÆS. JURAT. ET AB AMPLISS. SENATU

LIPS. IMMATR.

LIPSIAE,


LITTERIS ANDRÆ MARTINI SCHEDII.

BIBLIOTHECA  
PONICKAVIANA



DISSERTATIO JURIDICA  
DE  
FUNDAMENTO JUDICIALI  
PECUNIAE DEPOSITIONIS  
IN  
PROGRESSU CAUSARUM JURE  
LECTORALI SAZONICO  
ADHIBENDA  
A  
DOMINO  
CONSIGLIO MAGISTRO JUDICUM ORDINIS  
SAB. FRASIBIO  
DOMINO  
D. JOHANN. GOTTLIEB. SIEGEL  
D. J. C. M. D. C. C. X. V.  
H. L. C.  
LECTURORUM EXAMINI  
J. S. S. I.  
MAGISTRO A. S. S. S. S.  
JOHANN. CHRISTOPH. SIEGEL  
MAGISTRO A. S. S. S. S.  
LECTURORUM EXAMINI  
J. S. S. I.  
MAGISTRO A. S. S. S. S.  
LITTERIS ANDREAE MARTINI FRASIBIO





§. I.

**J**udices in processu cambiali debitoribus pecuniæ sum-Ratio insti-  
mam, cujus solutionem creditores cupivere, in judi- tuti exhibe-  
cium deponendi facultatem concedentes, modum pro- tur.  
cedendi, juri contrarium adhibuisse, sapius arguun-  
tur. An recte? ex sequentibus apparebit.

§. II.

In processu cambiali vel peculiarium legum cambialium, In processu  
vel præscriptorum legum & ordinationum, quibus processus cambiali  
in genere convenire debet, ratio habenda. Ad priores varia ante omnia  
Mandata Regia, v. c. Mandatum wie es in Wechsel-Sachen in ad Leges de  
puncto exceptionis, compensationis & Solutionis wieder die causis cam-  
Wechsel-Brieffe gehalten werden soll, vom 23. Dec. 1699. Man- bialibus latas  
datum wegen derer Studioforum Wechsel-Brieffe de dato Dresz respicien-  
den am 29. Dec. 1718. Mandatum wieder das Aufsborgen junger dum.  
Leute, auch Ausstellung derer Wechsel-Brieffe v. de dato War Recensentur  
schau den 21. April. 1724. & potissimum Appendicem Decla- quardam  
rationi & Emendationi Ordinationis Processualis Saxonica Leges cam-  
subjunctum a §. 11. usque ad 18. refero, asserens, dispositio- biales.  
nes, quæ ibidem reperiuntur, ad alia processuum genera ex- modus in le-  
tendi haud posse, dum de causis cambialibus expresse conce- gibus cam-  
ptæ, atque jus commune suppleat, emendant, corriguntque. bialibus ex-  
Unde, opinor, modus ille procedendi in allegati Appendicis pressus ad a-  
§. 12. ita expressus: **Wieder diejenigen Persohnen aber,** lia proces-  
**welche** suum gene-

non exten-  
dendus  
Unde dispo-  
sitione Ap-  
pend. E. O.  
P. S. §. XII.  
contenta

welche sich nach Wechsel-Recht verbündlich obligiren kön-  
nen, wenn sie mit der Zahlung zu gesetzter Zeit nicht in-  
ne halten, soll einer jeden Obrigkeit, wo dieselben ihr fo-  
rum haben, oder sonst nach Beschaffenheit derer Umstän-  
de aus den Wechsel-Brieffe belanget werden können, auch  
ohne vorher *extrahirtes* Wechsel-Rescript dergestalt zu ver-  
fahren frey stehen, daß sie, wenn der Kläger den verfallē-  
nen Wechsel-Brieff *in Originali produciret*, und sich darzu  
bedürffenden Falls, behörig *legitimiret*, ohne vorherge-  
hende *Citation* dem Schuldner die Wache setzen, und da-

eo casu, ubi  
debitor in e-  
ventum non  
factæ solu-  
tionis ad car-  
ceres se obli-  
gavit, non u-  
tendum,  
sed debitor  
ante omnia  
legitime ci-  
tandus

ferne derselbe nicht so fort *diffidiret*, oder erhebliche, und  
nach Art dieses Processus zulässliche *Exceptiones in continenti*  
beybringet, so lange in *Arrest*, biß er sich durch würckliche  
Zahlung oder andere dem *Creditori* annehmliche Mittel  
dessen entbrochen, auch da er gleich *appelliren* solte, behal-  
ten möge, ad casum, ubi debitor in eventum non factæ so-  
lutionis ad carceres se obligavit, non trahendus, nec inde  
talis debitor in solutione præstanda moram committens sta-  
tim carceri includendus, sed demum prævia citatione verbali  
vel scripta atque instrumenti obligatorii legitima recogni-  
tione subsecuta.

### §. III.

Notatur  
hinc CARP-  
thias COLER.  
ZOVIUS &  
COLERUS

Licet enim cum CARPZOV. p. 2. C. 21. def. 1. Mat-  
thias COLER. in tractatu de processu executivo p. 1. cap. 6. n.  
45. ita differentem: *verum quicquid hujus asseratur in medi-  
um, contraria opinio, quod videlicet pactum contentum in instru-  
mento, ut in casum non factæ solutionis ad terminum, liceat  
reum capere & carcerare, ejus sit effectus, ut post moram ad  
creditoris instantiam, debitor sine omni alio processu, vel ordine  
judiciali per familiam judicis capi & ramdiu in carcere publico  
retineri valeat, donec satisfaciat, communior est, & meliori-  
bus ac firmiteribus nititur fundamentis, secuto Dominus D.  
KÆSTNER in disputatione de obligatione ad carceres ex causa  
debiti*

debiti in masculo & femina obtinente hic Lipsie die 3. Dec. 1723. habita §. 5. per verba *Const. Elect. 21. pari. 2.* sondern das der Gläubiger vermittelst des Richters oder der Obrigkeit Hülffe durch die vorhergehende Vereinigung die Execution suchen soll, asserere voluerit, judicem tali casu pro impetranda ejus familia adeundum esse, cum ministerio ejus debitor & capiatur & includatur; verba tamen ista *Const. legitime capienda*, ita ut præviam citationem non excludant; expediti namque juris est, in causa civili citationem realem regulariter prohiberi *a. l. 10. §. 16. ff. que in fraud. credit. l. 8. C. quomodo & quando Judex sententiam proferre deb.* BRUN. NEM. *ad cit. l. 8. n. 19.* nec in allegata *Const.* aliud sancitum, unde merito juri communi insistendum, potissimum cum alias obligationes ad carceres, si ex illis debitor in casu moræ committæ per *Const. cit.* statim capi & carceri includi posset, celeriozem executionem, quam ipsa cambia post se traxisent, dum ex his ante festum Michaëlis anni elapsi debitores non statim custodiae tradi potuerunt, sed ante omnia legitime citandi fuerunt, nisi creditor Rescriptum incarcerationis (einen Captur-Befehl) impetraverit. Illustr. GRIEBNER, *in princip. jur. process. Lib. 2. cap. 5. §. 5.*

§. IV.

Operæ pretium erit, casum a Domino Præside me-Casus sententiam allatam illuc recensetur.  
 cum communicatum sententiæ prolatae, quod scilicet ex obligatione ad carceres debitor non statim capi possit, lucem haud tenuem accendentem hic inferere. Christoph. Travvitzch tempore nundinarum autumnalium Lipsiensem Anno 1719. a Senatu Lipsiensi petebat, ut duo Judæi, Moses Ascher nimirum & Moses Alexander, qui instrumento quodam in casu non factæ solutionis ad carceres se quidem obligaverant, sed solutionem haud præstiterant, in carcerem includerentur. Senatus causam illam ad Judicium Mercatorium remittebat, quod sicuti petitum creditoris fundatum esse putabat; Ita actuarium armatosque custodes ad habitationem Judæorum mittebat, ut hi prævia recognitione



instrumenti obligatorii caperentur. Judzi instrumentum obligatorium recognoscere recusabant, seque ad juratam ejus diffessionem statim offerebant, ast ad eam non admittebantur, sed interim in Curiam adducebantur, ibique custodiae tradebantur. Judicio altero die aperto creditor libellum suum proponebat, inque eo ad registraturam Judicialem, vi cujus recognitio producti instrumenti a nominatis Judæis jam antea facta erat, provocabat, indeque petebat, ut debitores ad juratam diffessionem non admitterentur. Quod Domini Scabini Lipsiensis CARP-ZOVIO atque COLE-RO in allato casu accesserunt.

peritum & Domini Scabini Lipsiensis CARP-ZOVIO atque COLE-RO in allato casu accesserunt.

bitores ad juratam diffessionem non admitterentur. Quod Domini Scabini Lipsiensis CARP-ZOVIO atque COLE-RO in allato casu accesserunt.

se OCTOBris 1719. ita pronunciabant: Daß vor allen Dingen Kläger vermittelt einer zugleich richtig besiegelten Vollmacht, an derer Gestalt und besser als geschehen, sich zu legitimiren, Bezog in allato casu accesserunt.

recognitis zu achten, auch die Eydliche Diffession wider die gerichtl. Registratur fol. 25. seqq. nicht statt hat, jenem die libellirten 2000. rthl. Capital sammt dem Interesse moræ auch allen verursachten Schäden und Unkosten nach deren Liquidation und der letztern Ermäßigung zu bezahlen schuldig; In Verbleibung dessen wird nach Anleitung der Handels-Gerichts-Ordn. wider sie gebührend billig verfahren. Quæ sententia etiam ab isdem prævia Leuteratione mense Novembris ejusdem anni hac addita declaratione: Es ist aber Beflagten die vorgeschützten Exceptiones in der Reconvention gebührend anzuhalten und auszuführen unbenommen, confirmabatur.

## §. V.

Aliter autem Senat. Appellat. Dresd. pronuncia- vit.

Tandem autem in Senatu Appellationum Dresd. Con- mercatorio adhibitus reprobabatur, verum etiam sententiæ allatæ reformabantur, dum ita judicabatur: Daß die eingewandte Appellation in ihren formalien beständig und zu gebührender Rechtsfertigung an Uns erwachsen, derer Materialien halber erscheinet aus denen Acten und derer Partheyen Rechtlichen Einbringen so viel, daß in erster Instanz so wohl übel gesprochen, als übel verfahren, derowegen die Documenta sub ☉ & ☿ pro reco-

recognitis nicht zu achten, und Beklagten Principalen die libellirten 2000. rthl. Capital nebst dem Interesse mora und verursachten Unkosten Appellaren zu bezahlen nicht schuldig, sondern der gefänglichen Haft billig erlassen werden, und ist ihnen die verursachten Schäden absonderlich zu suchen unbenommen. Et licet creditor contra hanc sententiam Leutationem interponeret; ea tamen nihilominus Consil. æstivo ejusdem anni confirmabatur.

§. VI.

Aliarum præscripta legum, ordinationumque, quibus In processu cambiali & Legum ordinationumque, quibus processus in genere convenire debet, in processu cambiali & in tantum admitto, in quantum ibi decisio casus dubii re- dinationumque, quibus processus in genere convenire debet, ratio habenda, exemplis hoc demon- stratur processus in genere convenire debet, in tantum admitto, in quantum ibi decisio casus dubii reponitur, mores vero & peculiâres leges de causis cambialibus extantes de eo silent, nec inde paratâ executioni, quæ cambia sequi necesse habet, aliquid detrahitur. Sic regulariter juxta *l. 2. C. de Jurisd.* debitoris cambialis judex ordinarius adeundus, citatio legitima, quæ principium processus constituit, *O. P. S. Tit. IV. pr.* debitori faciendâ, nisi creditor vel dispositione *§. 12. Append. E. O. P. S.* uti, vel Rescriptum incarcerationis petere malit, libellus, cum sit fundamentum totius processus, eumque regat, perinde ut truncus arborem *Modest. PISTOR. Vol. 2. Consil. 21. no. 4.* proponendus, litteræ cambiales in originali producendæ, copiæ enim documentorum regulariter non recognoscendæ *O. P. S. Tit. 24. §. 2. 3.* illarum recognitio urgenda *Dr. BARTH. in Hodeget. for. p. 661.* dum instrumenta privata ante recognitionem non probant, *O. P. S. Tit. 25.* ejusque *Declarat. Tit. eod. §. 3.* *CARPZOV. in process. Civil. tit. 14. Art. 2. no. 1. seqq.* ubi plura de hoc argumento habentur, aliique processus cambialis passus plures ad præscripta Legum processualium generalium dirigendi.

§. VII.

E contrario autem illæ dispositiones legum processualium generalium, quæ paratam executionem, quam litteræ cambiales exigunt, impediunt, in processu cambiali tentiæ non

non admittendæ, sic v. c. ibi citationes neque juxta Mandatum Electoral. anno. 1670. d. 12. Aug. promulgatum spatium 3. hebdomadum, neque juxta E. O. P. S. tit. 4. §. 1. spatium 45. dierum, sed brevissimum in se continent, BERGER in *Elect. discept. for. tit. 4. not. 2.* si reus comparet, sed recognitionem æque diffensionem recusat, non opus est, ut per sententiam interlocutoriam ei illa injungatur, sed statim in carcere detineri potest, donec aut diffiteatur, aut recognoscat, & solvat. Illustr. GRIEBNER. in *princip. jur. proc. lib. 2. cap. 5. §. 3.* & licet debitor contra decretum arrestum appellationem interponat, a carcere tamen haud liberatur. GRIEBNER. *cit. loc. §. 4.*

Ita; processu  
cambiali a-  
ctori consti-  
tutio cautio-  
nis pro re-  
conventione  
et expensis  
non injun-  
genda.

§. VIII. Quod & verum esse puto cautione pro reconventionem & expensis non præstita RIVINUS *Tit. 13. En. 2.* ubi præjudicia. Si enim talis exceptionis ratio haberetur, litterarum cambialium ullus effectus vix superesset, dum quilibet morosus debitor eam oppositurus, hincque non solum ad tempus impediturus, quo minus desiderio creditoris fieret satis, verum etiam in eum non parvum incommodi translaturus esset.

§. IX.

Aliter au-  
tem Facult.  
Jurid. Wit-  
teb. sentire  
placuit,

Unde sententiæ, quam Dominus Præses mecum communicavit, & Illustris Facultas Juridica Wittebergensis in causa Johann Daniel Barths contra Johann Enoch Schnorren coram Senatu Schneebergensi Mens. April. anni præteriti ita tulit: Daß Kläger den geforderten Vorstand der Wiederklage und Unkosten halber auf 50. fl. durch Bürgen oder Pfande zu bestellen, oder daß sein Principal mit unbeweglichen Güthern in hiesigen Landen angefaßen bezubringen schuldig, und hat Beklagten Suchen fol. 56b. nicht statt, sondern es ist dessen Principal nach anderweit vorhergehender gebührender Ladung in Person zu erscheinen, und den angegebenen Wechsel-Brief, wenn solcher nochmaln in originali produciret worden, sub pœna recognitioni auch bey Vermeidung anderer Anordnung zu recognosciren



ren schuldig, astipulari haud possum; quamquam enim debitor notitiam de impetrato incarcerationis Rescripto nactus; Potentissimum Regem nostrum litteris supplicibus, in quibus ad certas apochas provocabat, iisque pecuniae summam, cujus solutionem creditor desiderabat, solutam esse probare cupiebat, adibat, ut a creditoris postulatis absolveretur, atque Rescriptum sequentis tenoris:

Liebe Getreue; Wir haben verlesen hören, was ihr in Wechsel-Schuld-Sachen Johann Daniel Barthen, Klägern an einem, wieder Johann Enoch Schnorren Beklagten andern Theil betreffend, von 22ten dieses, nebst hierbey zurück kommenden Actis zu Unserer Entschliessung allerunterthänigst berichtet. Gleichwie nun Klägers Mandatarius mit seiner wegen der Stempel-Straffe fol. 5. und 6. befindlicher Denunciation und disfalls beschehenen Suchen abzuweisen, und, daß er die völlige Straffe an 2. thlr. 16. Groschen sammt denengewöhnlichen 4. Groschen vor den Stempel-Bogen zu erlegen hätte, zu bedenten ist, also haben Wir zwar auch Beklagten fol. 12. an Uns eingewandte Appellation rejiciret, gestalt ihr ihn dessen also zu bescheiden habt; Nachdem er aber, daß die geklagte Wechsel-Schuld allbereit bezahlet, durch verschiedene producirte Scheine darzuthun vermeinet; Als ist Unser Begehren, ihr wollet beyde Theile mit ihrer habenden Nothdurfft gegen einander hören, und sodann Rechtliches Erkantniß darüber einholen. Möchten es euch nebst beigefügten von Schnorren anhero überreichten Memoriale nicht bergen, und es geschicht daran unsere Meynung.  
Datum Dresden den 29. Januarii 1724.

impetrabat; hoc tamen Rescripto processus cambialis non sublatu, sed JCris disquisitio, an debitoris opposita exceptio solutionis contra litteras cambiales, in quibus creditor se fundabat, admittenda, commissa erat. Et quum eam laudata Facultas juridica rejiceret, quod ex verbis sententiae: Daß Beklagten Suchen (ut nempe creditori productarum apocharum recognitio, cum ille hanc recusaret, sub

B

pœna

pœna recogniti injungeretur) nicht statt hat, [apparet, itaque vestigiis processus cambialis insisteret, nec inde cautionis pro reconventionem & expensis præstationem creditori imponendam fuisse, opinor.

## §. X.

In processu cambiali cautio de solvendo in casum succumbentiæ aut non possessionato præstandam cum effectu urgere valet; ita sententiæ affirmativæ subscribo, asserens, quamdiu in reconventionem idonea non præstita, tamdiu judiciali depositioni petitione a creditore inter-

Sicuti autem alia quæstio est: an facta recognitione litterarum cambialium debitor ad solvendum paratus & præcautiones reconventionis adducens rationes cautionem in casum succumbentiæ in reconventionem a creditore peregrino aut non possessionato præstandam cum effectu urgere valet; ita sententiæ affirmativæ subscribo, asserens, quamdiu in reconventionem idonea non præstita, tamdiu judiciali depositioni petitione a creditore inter-

ditore interdum constituenda

## §. XI.

& quamdiu hæc non præstita petitioni admittenda est licet litteræ cambiales in manu tertii existant. Hujus opinionis

Cujus depositionis fundamenta nunc specialius demonstranda. Et quemadmodum in legibus cambialibus nullibi prohibitum, quin depositio in processu cambiali plane locum inveniat, potius ea in *Appendicis E. O. P. S.* §. 15. certis casibus expresse admittenda, prout ex verbis: *Hingegen soll sodann, wann die Exceptiones an sich selbst erhebblich sind, insonderheit auch, wenn der Wechsel über eine Spiel-Schuld ausgestellt, oder sonst eine unzulässliche Simulation darunter verborgen, derjenige, so denselben indoffret, wie nicht weniger der Indoffatarius, wenn er von solchen Exceptionen Wissenschaft gehabt, oder sonst in dolo gewesen, dem Debitori das Duplum, nach Wechsel-Recht zu erstatten angehalten, und noch darüber willkührlich gestraffet, der Schuldner auch, wenn disfalls erhebliche Vermuthungen vorhanden, mit der Deposition zugelassen werden, apparet; ita in O. P. S. Tit. VI. §. 2. dispositio: Es wäre denn,*

ratio

I.

II.

III.

das



cautionem de solvendo in casum succumbentiæ in reconventionem insignis intercedit differentia, ut infra §. XVII. & XVIII. apparet, unde ab ejus abrogatione ad hujus cessationem argumentum ducere non licet.

## §. XIII.

Obj. II.  
ex BART.  
in l. 6. §. 1. ff.  
quib. mod.  
pign. vel hy-  
poth. solv.  
& Mandato  
Regio de an-  
no 1699.  
nec non ap-  
pend. E. O.  
P. S. §. 15.

Gravius itaque dubium inde moveretur, quod inter depositionem & solutionem notabilis reperiatur differentia, BART. in l. 6. §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypothec. solv. indeque sicuti in genere asserta pecuniæ depositio obtinendo finis ad quem in introducendis litteris cambialibus respectus habitus est, impedimento sit; Ita potissimum cum Mandato Regio de anno 1699. & Appendicis E. O. P. S. §. 15. pugnet cum ibi litteris cambialibus in manu tertii existentibus tanta vis tributa, ut, non obstante exceptione compensationis & solutionis aliisque liquidis, debitor actualem solutionem præstare teneatur. Ergo multo minus vi illarum legum in processu cambiali depositionis pecuniæ ratio haberi queat, imprimis, cum leges istæ Ordinatione Processuali Saxonica inter fundamenta depositionis §. XI. relata noviores sint, indeque hanc tollant l. 28. ff. de LL. Ad dubium hocce diluendum moneo, depositionem non aliter locum invenire, quam si probabiles reconventionis rationes a debitore adductæ, hinc creditor, cui deposita pecuniæ summa non statim tradi potest, sibi ipsi imputet, quod ejusmodi rationibus ansam dederit, & litteris cambialibus in manu tertii existentibus depositio pecuniæ certis tantummodo in §. XX. enarratis casibus admittitur.

Resp.

## §. XIV.

Requista  
depositionis  
exhibentur.

Fundamento pecuniæ depositionis in processu cambiali admittendæ demonstrato, atque ab objectionibus vindicato, nunc in casus, ubi talis depositio locum invenit, inquirendum. Et primo loco ad eam requiritur, ut creditor sit peregrinus, aut non possessionatus O. P. S. Tit. VI. §. 2. ita ut licet creditor domicilium in Electoratu Saxonico constitua-

fitutum habeat, sed rite possessionatus non sit, nihilo tamen minus depositio, si eam causæ speciales a debitore indicatæ exigant, admittenda, quum in *cit. loc. O. P. S.* posita vocula adversativa: aut, efficiat, quominus verba: unbegütert wäre, ad peregrinum trahenda, sed potius de creditoribus harum terrarum subditis accipienda.

§. XV.

Peregrinus tribus modis accipitur: I. dicitur ille, Peregrinus qui ex alius regni finibus ad nos venit, & nostro Imperio non est subiectus, v. c. si Polonus hic Lipsiæ venit. II. Qui licet Imperio Romano-Germanico sit subditus, non tamen ex eadem nobiscum provincia, seu eidem Domino territoriali subiectus v. c. si subditus Electoratus Brandenburgici Lipsiæ moratur. Denique III. qui cum ejusdem provinciæ, non tamen ejusdem municipii aut oppidi civis est. v. c. si civis Ileburgensis Lipsiæ hæret SCHILTER. in *dissert. de Jur. peregrin.* §. 12. In *O. P. S. Tit. VI. cit. loc.* sermo est de peregrino in duobus prioribus significatibus accepto, dum vox: ausländisch adhibita, nec obstat, quod in *E. O. P. S. Tit. VI. §. 1.* vocabulum generale: Frembde occurrat, siquidem illud ex §. 2. *O. P. S. cit. Tit. VI.* ita explicandum esse puto, ut per id tantum peregrini primæ vel secundæ significationis intelligantur l. 28. ff. d. LL.

Demonstratur, quo in sensu peregrinus in materia de positionis sumatur

§. XVI.

Non possessionatus in materia satisfactionis pro expensis vocatur, qui in Electoratu neque bona immobilia cautionis *Const. El. V. p. 1. O. P. S. Tit. XIII. §. 1.* neque tabernam instructam vel pharmacopolium possidet, neque usufructu in quo possidere immobili gaudet, neque officialis est, cui salarium publicum cum constitutum, neque pro universitate habetur. *E. O. P. S. Tit. XIII. §. un.* in verbis: *pro possessionatis aber ic.* Unde si unus ex hisce actoris vice fungitur, cautionem pro expensis arbitrio judicis determinandam constituere tenetur. *E. O. P. S. cit. loc.* E contrario autem quando quis in Electora-



tu Saxonico vel bona immobilia, vel tabernam instructam, pharmacopoliumve possidet, vel usufructu in re immobili gaudet, vel officialis est, cui salarium publicum constitutum, vel inter universitates refertur, ab ejusmodi cautionis præstatione immunis est *E. O. P. S. cit. loc.* Causam hujus sanctionis explorare haud difficile esse sentio: nec enim reus efflagitando satisfactionem ab actore, quidquam aliud exposcere videtur, quam ne victor litis existens, ratione expensarum, actore aufugiente, periclitetur, sed ab ipso illas repetere queat, quæ ratio cum desit eo in casu, quo actor in Electoratu modo recitato possessionatus est, quippe in quo fugæ suspicio cessat, utique tum satisfactio ab actore exigi non poterit, *l. 15. ff. qui satisf. cog. CARPZOV. in process. civil. Tit. IX. art. V. n. 67.* Poterit tamen ab eo, solutionem judicati desiderante, cautio de solvendo in casum succumbentiæ in re conventione, si reus probabiles reconventionis rationes adduxerit, exigi, & quamdiu hæc non præstita, depositio judicati admitti; licet enim actor per possessionem suam demonstratam a cautione pro expensis immunis sit, inde tamen non semper quoque a cautione de solvendo in casum succumbentiæ liberatus, siquidem inter duas hæc species cautionum insignis intercedit differentia, quam ZIEGLER. *ad O. P. S. Tit. VI.* in verbis: *cautionem de solvendo*, quidem attigit, verum non explicavit, unde in istam, quum ejus expositio ad thematis explanationem præsentis faciat, paucis inquirendum.

Licet quis a cautione pro expensis immunis sit, non tamen statim a cautione de solvendo in casum succumbentiæ quoque immunis est.

### §. XVII.

Differentiæ inter cautionem pro expensis & cautionem de solvendo in casum succumbentiæ recensentur.

Cautio pro expensis ab actore antequam in libello citationis petitiæ citationes emittantur, *E. O. P. S. Tit. XIII. §. un.* in verb. **vor Ausfertigung** &c. ideo præstanda, ut reus in lite victor existens ratione expensarum, actore aufugiente, haud periclitetur, sed eas ab ipso repetere queat, *CARPZOV. p. 1. Const. §. def. 11.* unde hæc cautio cessat, si actor possessionatus *Const. El. V. p. 1. O. P. S. Tit. XIII. §. 1.* licet sit obætatus, & bona ejus immobilia creditoribus hypo-

hypothecata CARPZOV. *proc. Civil. Tit. IX. art. 5. n. 152.* tur  
 in *Consl. enim citata V. p. 1. & O. P. S. Tit. XIII. §. 1. genera-* Differentia I.  
 liter constitutum, actorem possessionatum a satisfando im- II.  
 munem esse, & ille, qui bona tenet immobilia, quantum III.  
 vis obaratus, vere dicitur possessionatus *l. 15. §. 6. in verb.*  
*fin. recte dicitur possessorem me esse, quia nihilominus possi-*  
*deo, nec ad rem pertinet, quod evinci mihi ea possessio possit,*  
*ff. qui satisf. cog.* atque ratio cur possessionato necessitas satis-  
 dandi remissa, in hoc consistens, quia possessio bonorum  
 immobilem suspensionem fugæ excludit, tunc quoque, si IV.  
 de actore possessionato quidem, sed obarato sermo est, lo-  
 cum invenit. Imo sicuti olim cautio pro reconventionem  
 non secundum quantitatem in reconventionem deducen-  
 dam, sed qualitatem causæ & personarum determinabatur,  
*O. P. S. Tit. XIII. §. 2. RIVIN. Tit. XIII. En. XX.* ita multo  
 minus hodie, ubi cautio pro reconventionem cessat *E. O. P. S.*  
*Tit. XIII. §. un.* in determinanda cautione pro expensis ad  
 objectum conventionis vel reconventionis respiciendum;  
 indeque regula summæ cautionis determinandæ petenda,  
 sed potius ejus determinatio arbitrio judicis relinquenda  
*E. O. P. S. c. 1. in verb. nach Ermessung des Richters,*  
 quod & actorem pauperem ad cautionem juratoriam admittit  
*O. P. S. Tit. XIII. §. 3. nec obstat, quod in E. O. P. S. Tit. XIII.* V.  
*§. un. per verba: Dargegen sind Klägere und Wieder-*  
*klägere, so in unsern Landen nicht angefessen, wenn sie*  
*das armen Recht nicht erlanget, in allen und jeden Pro-*  
*cessen, auch wo es bisshero nicht geschehen, pro expensis,*  
*auf 30. 50. rthl. 1c.* pauperi cautio pro expensis remissa, siquid-  
 dem juramentum paupertatis vel generale vel speciale est, in  
 illo pauper ad restitutionem expensarum in casum succum-  
 bentia victori præstandam se obstringit *E. O. P. S. Tit. 1. §. 10.*  
 in verb. Da hingegen der Armen-Eyd selbst dahin, daß  
 sie so viel, als von Zeit zu Zeit zu Verlegung derer Ge-  
 richts-Gebühren, und zu *Salairung* eines *Advocati* er-  
 fordert wird, nicht vermöchten, noch zu verdienen oder  
 aufzu-

aufzubringen wüßten, auch daß sie, um Leistung solches Endes Willen, ihr Guth oder Haabe nicht veräußert, oder andern übergeben hätten, ingleichen daß, wenn sie ihre Sache durch Recht, oder Vergleich erhalten, oder sonst bey wärenden *Proceße*, und hernach zu bessern Vermögen kommen würden, sie alsdenn jeden nach Gebühr gerne bezahlen wolten, ausdrückl. einzurichten; unde haud necesse esse videtur, ut separatam cautionem juratoriam pro expensis constituat. *E. O. P. S. Tit. XIII. §. un.* speciale autem juramentum paupertatis, quum ita concipiatur: Daß N. dergestalt unvermögend, daß er den geforderten Vorstand weder durch Bürgen, noch mit Pfanden bestellen könne, jurantem cautione pro expensis juratoria non relevat, sed eo non obstante actor jurato promittere debet, daß er, im Fall er sachfällig werden möchte, die Unkosten, da ihm solche zuerkannt, und er ditsfalls vermögend seyn würde, Bezagten erstatten wolle. *BERGER in Oecon. Jur. Lib. 1. tit. IV. §. IX. n. 5.*

## §. XVIII.

Differentia  
in §. præced.  
narrata applicatur

Cautionem e contrario de solvendo in casum succumbentia in reconventionem (cum qua cautio judicatum solvi non confundenda, quum hæc sit prætoriam verborum obligatio *l. 1. §. 1. ff. d. prætor. stipul.* qua reus, qui per procuratorem comparet *§. 4. J. de Satisd.* vel absentis rei defensor constitutus mandato *§. 5. J. eod.* actori datis fidejussoribus *l. 3. §. ult. judic. solv.* ab initio litis *l. un. C. d. Satisd.* cavet, judicatum iri solutum. Illustr. *MENCKEN. in theor. & praxi Pand. Lib. XLVI. Tit. VII. §. 1.* quare a *ZIEGLERO l. c.* male ad *CARPZOV.* provocatur, siquidem huic de cautione judicatum solvi ibi sermo est, prout ex verb. *Ex quo igitur diversa est cautio hæc pro reconventionem ab actore præstanda, a cautione judicatum solvi, quæ ut plurimum a reo exigitur; tuto inferre licet, species hæc diversas cautionum nequaquam confundendas, clarius apparet, )* circa finem processus conventionis



tionis eam ob causam actor constituere tenetur, ne reus victoriam in reconventionē reportans objectum executionis ingentibus expensis querere necesse habeat, sed in id statim incidat *O. P. S. Tit. VI. §. 3.* Quare non solum in determinanda cautione de solvendo in casum succumbentiæ ad quantitatem in reconventionem deducendam respiciendum, indeque si cautio per fideiussores præstatur, in horum bonis immobilibus hypotheca a iudice rei sitæ ad quantitatem, quam objectum reconventionis attingit, constituenda; verum etiam juratoria cautio cessat, *BERLICH. part. I. concl. 84. n. 90.*

§. XIX.

Ex quibus omnibus fati apparet, non omnes Effectus diffusi per id, quod juxta *E. O. P. S. tit. XIII. §. un.* possessioferentiæ innati, a cautione pro expensis immunes sunt, a cautione quoque de solvendo in casum succumbentiæ liberos pronunciaci, hinc licet actor, qui solutionem iudicati desiderat, officialis sit, cui salarium publicum constitutum, vel usufructu in re immobili gaudeat; nihilo tamen minus iudex, si reus probabiles reconventionis rationes adduxerit, in casum depositionem pecuniæ, quamdiu cautio idonea non præstita, admittere potest, quum reo, si talis actor mortuus sit, ex eo quod vivus pro possessionato habitus, plerumque in exigua securitas ratione reconventionis supersit. Imo quamvis actor ædes, aliamve rem immobilem possideat, illam vero vel hypothecis jam oneratæ, vel quantitati in reconventionem deducendæ non respondent, depositionem tamen pecuniæ admittendam esse puto *E. O. P. S. Tit. VI. §. 1.* in verb: **Wenn er zunahl mit fremden, oder unangeseffenen zu thun hat;** ita ut deficiente actoris bonorum immobilium possessione, cæteris autem depositionis requisitis extantibus, depositio pecuniæ quidem admittenda, verum, extante ejusmodi possessione, depositio non semper reuenda, sed ante omnia in concurrentes circumstantias inquiren-

C

ren-

rendum, indeque judicandum, an reo ratione reconventionis actoris possessio bonorum immobilium idoneam tribuat securitatem.

§. XX.

Quid causæ reconventionis probabiles sint exponitur

Sæpius dixi, pecuniæ depositionem tunc demum, si reas probabiles reconventionis rationes adduxerit, admitti, quod uti ex *O. P. S. tit. VI. §. II. & III.* satis probatur; ita, quid causæ probabiles hic denotent, nunc exponendum. In *O. P. S. c. I.* vocantur *vernünftige, erhebliche Ursachen*; duo inde puto, ad eas requiri, nempe, ut ex earum allegatione iudex judicare possit, reum istas non animo vexandi actorem adduxisse *O. P. S. cit. tit. §. II.* ubi verba: **auch solches seines Vorhabens, und daß er seinen Gegentheil dadurch nicht *calumniose* aufzuhalten gemeynet, vernünftige Ursachen anzeigen könnte,** quorsum & collimare videtur *E. O. P. S. tit. VI. §. I.* siquidem ibi in verbis: **Oder auch nach vorher geleisteten *juramento malitia*,** dispositum legitur, iudicem interdum, antequam pecuniæ depositionem admittat, reo eam petenti juramentum malitiæ imponere posse. Deinde causæ reconventionis a reo allatæ, ut fundamentum idoneum creditorem actorem reconveniendi suppeditent, necesse est. Unde, si ex litteris cambialibus indossatis cambialiter actum, depositio pecuniæ non aliter locum invenit, quam si exceptio seu causa reconventionis a debitore adducta vel per se prægnans sit, vel ex facto indossatarii proprio oriatur, puta si hic doli esse particeps, & cum creditore ad debitorem opprimendum collusisse arguatur, quanquam enim olim præter exceptiones personales, compensationis & solutionis, eæ exceptiones, quæ indossanti obstabant, indossatario quoque opponi, & si illiquidæ erant, in reconventionem per modum actionis deduci poterant vid. *Domin. Præsid. Diss. de Indossato reconveniend. hic Lipsiæ d. IV. Augusti a. p. habitæ §. XV. & XVI.* id tamen hodie in tantum mutatum, ut omnes

exce-

exceptiones, quæ ex facto indoffantis oriuntur, indoffatario opponi nequeant. *Append. E. O. P. S. §. XV. in verbis:* Also ist übrigenß, daß wieder einen indoffirten Wechsel-Brieff, weder die *Exceptio Compensationis*, noch *Solutionis*, wenn nicht das bezahlte darauff abgeschrieben, *ex persona indoffantis* dem indoffatario opponiret werden möge, bereits in Unserm Anno 1699. deswegen publicirten Mandat versehen, und wollen wir, daß es in Zukunft mit der *Exceptione Pacti de non petendo* und allen andern, so *ex facto* des Indoffanten herrühren, wenn auch schon bey den Indoffement der *Valuta* nicht erwähnt, gleichergestalt gehalten werde.

§. XXI.

Causæ itaque reconventionis, ob quas si probabiles *Recensentur* eas judex reperit, depositioni locus est, sunt variæ, inde nonnullæ que certa regula includi haud possunt. Interim tamen non-causæ recon-  
 nullas, quo materia illustrior fiat, apponere hic liceat. Sic *ventionis*  
 quando debitor ad exceptionem minorennitatis, quæ nunc juxta Mandat: Wieder das Pfuffborgen junger Leute *de dato* Warschau den 21. April. 1724. *ejusque* §. 1. usque ad annum 25. durat, nisi quis mercator sit §. V. *cit. mandati*, ubi verb: Damit aber durch diese Unsere Verordnung, der Handlung kein Nachtheil zugezogen werden möge, wollen wir davon die Handels-Leute, wenn dieselben unter sich, oder an andere, Wechsel-Brieffe ausstellen, ingleichen Fremde, so in, oder aufferhalb Unserer Lande, nach Wechsel-Recht sich verschreiben, gänglich ausgenommen haben, item patriæ potestatis, privilegii Studioforum per *Mandatum Regium* wegen der Studioforum Wechsel-Brieffe *de dato* Dresden den 29. Dec. 1718. provocat, judex pecuniæ depositionem, si debitori

tori alia securitas ratione reconventionis haud superfit, admittere potest.

Continuat  
tur narratio  
illarum cau-  
sarum

§. XXII.

Quæ & admittenda, si debitor excipiat, litteras cambiales super debito ex lusu illicito orto datas, *Append. in E. O. P. S. §. XV. in fin.* circa valutam se læsum, vel solutionem jam præstitam esse. Unde licet Dominus Præses in causa cambiali George Tobia Wincklers, contra Georg. Heinrich Rothern, coram Concilio & Prætorio Lipsiensi, ceu Commissione ventilata, quum actori Wincklern astaret, contra depositionem pecuniæ, quam debitor ideo urgebat, quum exceptionem solutionis sæpius opposuisset, protestaretur, atque ad Regem nostrum Potentissimum provocaret; ea tamen mediante Rescripto:

Würdige, Hochgelahrte, Liebe Andächtige und Getreue. Wir haben verlesen hören, was ihr in Wechsel = Schuld = Sachen, George Tobien Wincklers, an einem, wieder Johann Heinrich Rothern und dessen Ehe = Weib am andern und dritten, wie auch D. Christoph Friedrich Seydels am vierten Theil sub dato den 9ten dieses anderweit mit aller Unterthänigkeit berichtet, und wie ihr ein und anders zu Unserer Entschliessung gestellet. Nun haben wir zwar die von Rothern fol. 208. und fol. 224. Actor. C. ingleichen von erwehnten Wincklern fol. 227. dict. Vol. eingewandte Appellationes rejiciret, gestalt sie also dessen zu bedeuten, und damit abzuweisen sind, können aber dennoch geschehen lassen, daß Rother, wenn er so viel, als das geklagte Capital an Interesse und Unkosten beträget, gerichtlich deponiren wird, von dem bisherigen Arreste hinweg wiederum befreyet werde etc. Möchten es euch nebst remittirung 3. Vol. Actor. samt 2. Memorialien nicht bergen. Und geschieht daran Unsere Meynung. Datum Dresden am 11. Sept. Anno 1721.

approbatur.

G. G. Ritter,  
Johann Jacob Stein.  
§. XXIII.

§. XXIII.

Depositione facta Dominus Præses ad Illustrissimum Regimen Dresdense litteras supplices mittebat, atque ab Eo variis ex fundamentis petebat, ut Commissarios juberet, depositam pecuniæ summam principali suo tradere, verum hoc petikum mediante sequenti Rescripto:

Casus exhibitur, ubi pecuniæ depositio in processu cambiali per Rescriptum Regium confirmata est

Würdige ic. Wir lassen es auff inbefündliches Dr. Johann Gottlieb Siegels in Wechsel-Schuld-Sachen seines Principals, George Tobien Wincklers an einem, wieder Johann Heinrich Rothern am andern Theil, allerunterthänigst beschehenes suppliciren, bey dem am 1 ten dieses euch ertheilten Rescript hierauf bewenden, mit Begehren, ihr wollet Supplicanten dessen also bedeuten, und das anbefohne, in so weit es nicht geschehen, unverlängt allergehorsamst expediren, daran geschicht Unsere Meynung. Datum Dresden am 20ten Sept. Anno 1721.

renuebatur: quare necesse erat, ad præstationem cautionis se offerre, qua oblata Rescriptum sequentis tenoris:

Würdige ic. Welchergestalt Uns D. Johann Gottlieb Siegel mand. nom. George Tobien Wincklers um Verordnung allerunterthänigst angelanget, daß iest ernannten seinen Principal diejenigen 383. Thlr. 3. Gr. 6. Pf. welche Johann Heinrich Rother in der mit ihm habenden Wechsel-Schuld-Sache bey euch ad depositum gebracht, abgefolget werden möchten, er auch sonst daneben allergehorsamst vorgestellt, das besaget die Innlage mit mehrern. Nun wir dann geschehen lassen können, daß Supplicantens Principal besagten Wincklern, wenn er, dem gethanen Erbietern nach, deshalb gnugsame Caution bestellen wird, angezogenes Depositum ausgewantwortet werde. Als ist Unser Begehren, ihr wollet disfalls das nöthige verfügen, und in übrigen die Hauptsache überall möglichst beschleunigen. Daran geschicht ic. Datum Dresden am 27. Octobr. Anno 1721.

impetrabatur.

C 3

§. XXIV.

## §. XXIV.

Contraria, Casus iste allatus usum practicum hujus materiae satis  
 quibus pecu- simul corroborat, ita, ut de eo plura facere verba, superva-  
 niae depofi- caneum esse putem, potissimum, quum multa alia in foris  
 tio in pro- extent exempla, ubi pecuniae depositio in processu cambiali  
 cessu cam- admissa, quare potius nunc demonstrandum esse censeo, u-  
 biali cessat, bi pecuniae depositio in processu cambiali cessat. Sicutique  
 proponun- talis depositio securitatem futurae reconventionis finaliter  
 tur respicit; ita cessante reconventionem ipsa quoque depositio  
 Cessante re- cessat. Cessat vero reconventio, vel ob defectum funda-  
 conventione menti, puta, si reus tales exceptiones adducat, ex quibus  
 pecuniae actor in reconventionem nullo modo conveniri potest, vel  
 depositio quod exceptiones adductae in continenti sint liquidae, ita,  
 quoque ces- ut super iis statim in conventionem cognoscendum sit; re-  
 sat conventio namque ideo datur, ut in ea exceptiones illiqui-  
 Reconven- dae, quae in conventionem propter paratam executionem,  
 tio variis ex quam natura instituti processus exigit, admitti nequeunt,  
 causis cessat. per modum actionis deducantur; unde quando in conventionem  
 oppositarum exceptionum ratio habetur, reconventionis cau-  
 sa inde peti non potest, vel quod reconventio ante con-  
 ventionem instituta, atque finita sit; quod enim hodie ante  
 conventionem reconventio institui possit, *E. O. P. S. Tit.*  
*VI. §. 1. in verb. sondern auch wohl nach Befinden dar-*  
*mit anticipiret werden möge,* docet. An autem recon-  
 propter re- ventio quoque cessat, si eidem in litteris cambialibus renun-  
 nunciatio- ciatum sit? quaestio hic merito emergit. Pro affirmativa  
 nem autem ciatum sit? quaestio hic merito emergit. Pro affirmativa  
 non cessat, sententia pugnare videtur, quod quis rei suae moderator &  
 rationes du- arbiter sit, *l. 21. C. mand.* reconventio in gratiam rei introdu-  
 bitandi eta, quilibet autem favori suo renunciare possit, *l. 41. ff. d.*  
*min. l. 29. C. d. pact.* indeque liberum cuivis sit, non solum  
 agere; sed & jure suo non uti. *l. 5. §. 6. ff. d. dol. mal. & met.*  
*except. l. un. C. ut nem. in vit. ag. vel accus. cog.* atque tam in-  
 stituta actioni, quam exceptionibus renunciare, renuncia-  
 tio reconventionis autem renunciationem exceptionum in  
 recon-

reconventionem per modum actionis deducendarum comprehendat. Verum hisce non obstantibus negativæ subscriptionis rationes de-  
sententiæ, siquidem ex parte renunciantis libera voluntas decidendi  
renunciandi deficit, dum non sponte se ad renunciacionem offert, sed eandem ad instantiam creditoris metuque adductus, ne creditor, si ejus desiderio facere satis recuset, pecuniæ summam, qua maxime eget, ipsi haud det, peragit, & sicuti emtio inter ægrotum & medicum tempore curæ non subsistit l. 9. C. d. Prof. & Med. ubi verba: *Archiatri scientes annonaria sibi commoda a populi commodis ministrari, honeste obsequi tenuioribus malint, quam turpiter servire divitibus. Quos etiam ea patimur accipere, que sani offerant pro obsequiis, non ea, que periclitantes pro salute promittunt, quum concussio & metus in ægrotis præsumatur l. 3. ff. d. extraord. cognit. ubi verba: Si Medicus, cui curandos suos oculos, qui eis laborabat, commiserat, periculum amittendorum eorum per adversa medicamenta inferendo, compulit, ut ei possessiones suas contra fidem bonam eger venderet: incivile factum præses provincie coercet, remque restitui jubeat BRUN-  
NEM. ad alleg. l. 9. C. d. Prof. & Med. n. 2. seqq. indeque avaris medicis occasio ægrotorum bona viliori pretio emendi seque damno eorum locupletandi contra l. 38. ff. d. R. V. & c. 48. d. R. J. 6to. præberetur; ita nec renunciatio reconventionis a debitore in litteris cambialibus facta ideo subsistere potest, potissimum, quum talis renunciatio præsidium usurariæ pravitati præstet; creditor namque renunciacionem reconventionis a debitore desiderans exceptiones, quæ ex celebrato contractu cambiali debitori competunt, metuit; alias enim renunciatio supervacanea foret, exceptiones autem ex negotio cambiali debitori natæ, ut plurimum usurariam pravitatem detegunt, & conventiones, quæ usurariæ pravitati præsidio sunt, nullius sunt momenti per Mandat. Electorale de Anno 1689. Von wucherlichen Contracten und unzulässlichen Cessionen in verbis: setzen, ordnen und wollen auch hierüber, daß alle wucherliche Contracte und*

refutatio ra-  
tionum du-  
bitandi

und unziemliche *Pacta*, Bedinge und Handel, wie die ge-  
nennet oder erdacht werden mögen, gänglichen ver-  
mieden, und durch niemands, wes Würden oder  
Standes der sey, fürgenommen oder gebraucht wer-  
den sollen. Damit allen Richtern gebietende, wann  
solche wucherliche *Contracte* für sie gebracht, daß sie die-  
selben unwürdig, Krafft-loß und unbündig erkennen,  
und auff solche *Contracte* keine *Execution* thun noch ver-  
helffen sollen, wie wir sie dann hiermit unkräftig, un-  
bündig erklähren und erkennen: inde merito non ob-  
stante renunciatione reconventionis in litteris cambialibus  
facta, depositio admittenda & rationes dubitandi supra alla-  
ta ita removendæ: facultas illa ex pleno dominio orta de re  
sua disponendi, in utente ea liberam voluntatem prærequi-  
rit, hæc autem in eo, qui metu aliquid gerit, cessat l. 116.  
d. R. J. & renunciatio exceptionum generalis non valet l. 4.  
§. 4. si quis caut. in jud. sistendi caus. fact. non obtemp. ubi  
verba: *quæsitum est, an possit conveniri, ne ulla exceptio in  
promissione deserta iudicio sistendi causa facta objiciatur, & ait  
Atilicinus, conventionem istam non valere, sed ego puto con-  
ventionem istam ita valere, si specialiter cause exceptionum ex-  
pressa sint, quibus a promissore sponte renunciatum est.*

### §. XXV.

Depositio  
cessat, si de-  
bitori ratio-  
ne recon-  
ventionis  
per constitu-  
tionem cau-  
tionis secu-  
ritas tributa.  
Quomodo

Utterius depositio cessat, si alia securitas ratione re-  
conventionis a debitore contra actorem movendæ extet, ubi  
duo casus apparent. Unus est, si creditor ante depositionem  
cautionem idoneam de solvendo in casum succumbentiæ in  
reconventionem jam præstiterit. *E. O. P. S. Tit. VI. §. 1. verb.*  
*zulängliche Caution.* Qualis autem cautio hic intelligatur?  
merito disquirendum. In *O. P. S. Tit. VI. §. 2.* simpliciter di-  
positum est: *Biß derjenige, so der Wiederklage er-  
warten soll cautionem de solvendo in casum succumbentiæ  
bestel-*



bestellet, & cautionis vocabulo simpliciter posito nuda re- cautio com-  
 promissio intelligitur *l. 3. C. d. verb. & rer. signif.* ibi: *nudam* parata esse  
*promissi nem significari.* Verum hisce non obstantibus neque debeat, ex-  
 cautionem promissoriam, neque juratoriam admittendam ponitur. 12  
 esse puto, siquidem non solum in *E. O. P. S. c. l.* vocula: *cautio*  
 zulängliche *Caution*, apposita, quotiescunque autem idonea  
 cautio requiritur, toties non admittitur juratoria, aut nude cautio jura-  
 promissoria *arg. l. 59. §. fn. ff. Mandat. l. 4. §. 8. ff. d. fideicom-* toria non  
*miss. libert.* sed & conditio materiæ postulat, ut hæc duæ admittitur  
 species cautionum rejiciantur. *l. 1. §. 2. ff. d. Collat.* Nec obft.,  
 quod de cautione juratoria in *O. P. S. tit. VI. s. Diueil aber*  
 ita sancitum sit: **Wie hoch sich aber solche *Caution* belauf-**  
**fen, oder ob der Beklagte *ad juratoriam* zuzulassen, im**  
**Fall die Partheyen darüber streitig würden, soll das**  
**Erkenntniß, nach Gelegenheit der Sachen, Umstände**  
**und der verhoffenen Summen, in arbitrio judicis und**  
**hey desselben *moderation* stehen,** quum in *E. O. P. S. c. l.* ex-  
 presse cautum, ut sufficiens cautio præstetur, talis autem jura-  
 ratoria hic haud esse videtur, quare tantum cautio fidejusso-  
 ria & pignoratitia admittenda BERLICH. *part. 1. concl. 84.*  
*n. 90.* & quidem si fidejussoribus cautio constituitur, eo mo-  
 do, quo cautio pro expensis per fidejussores præstatur, haud  
 procedendum, indeque non sufficit, ut fidejussor judici, co-  
 ram quo processus ventilatur, possessionem bonorum im-  
 mobilium demonstret, inque judicio subscriptionem, qua  
 schedula cautionis, in qua fidejussor in re sua immobili,  
 sub renunciatione exceptionis ordinis & fori hypothecam  
 ad summam a judice determinatam constituit, munita  
 est, recognoscat, sed necesse est, ut in fidejussoris re-  
 bus immobilibus a judice rei sitæ hypotheca constituatur,  
 constitutaque judici in processu cognoscenti in forma pro-  
 bante insinuetur.

sed vel fide-  
 jussoria, vel  
 pignoratiti-  
 requiritura

D §. XXVI.



## §. XXVI.

Si creditor possessionatus, depositio interdum o-mittitur.

Possessionis autem rerum mobilium pretiosarum hic ratio non habetur. rationes dubitandi. rationes decidendi.

Alter casus est, si creditor bona immobilia possideat, hincque sufficiens securitas ratione reconventionis in debitorem deriveetur. De hoc argumento §. XVIII. & XIX. satis jam dictum, ita, ut de eo plura facere verba merito superfluum, & potius quaestionem, an possessori rerum mobilium pretiosarum citra cautionem pecunia statim tradenda? eruat. CARPZOV. *in process. civil. Tit. IX. Art. V. n. 126. seq.* statuit quidem, possessorem rerum mobilium pretiosarum a cautione pro reconventionem & expensis immunem esse, quum res mobiles pretiosiores nemo tam facile jactare praesumeretur, sicuti viliores, indeque fugae suspicio contra possessorem ejusmodi rerum pretiosarum vix militaret, quae sola tamen ab actore satisfactionem extorqueret, & mobilia pretiosa immobilibus bonis aequipararentur, immobilisque possidere, & possidere mobilia pretiosa, aequalia judicarentur *l. 22. C. d. administ. tut.* Verum ista me haud movent, ut responsionem affirmativam amplectar, sed potius negativae inde faveo: quotiescunque creditor debitori ratione futurae reconventionis securitatem non tribuit, toties, si debitor reconventionis probabiles rationes adducat, pecuniae depositio admittenda. Atqui creditor rerum mobilium pretiosarum possessor per eam possessionem debitori ratione futurae reconventionis securitatem non tribuit, quam facile enim non solum ejusmodi res pretiosae distrahi, & quidem clam, ita ut debitori occasio de alienatione illarum rerum notitiam acquirendi, aliamque securitatem sibi comparandi haud superfit, sed et casibus fortuitis perire possunt. Ergo possessio rerum mobilium pretiosarum minime efficere potest, ut creditori possessione tali munito pecunia citra depositionem statim tradenda. Nec obstat, quod tamen possessor immobilium bonorum pecuniam statim accipere possit *O. P. S. tit. VI. §. II.* in verb. *unbegütert wäre*, & bona immobilia etiam de facili alienari, casusque fortuiti ipsis contingere queant, siqui-

iquidem haud concedo, bona immobilia eadem facilitate, qua res mobiles pretiosae distrahuntur, alienari, quotidiana namque experientia satis nos docet, quam difficile sit boni immobilis emtorem invenire, quantumque temporis spatium eo consumatur. Deinde ex *Decis. El. LX.* notum, contractum emti - venditi super bono immobili celebratum aliter plenissimo cum effectu consummari haud posse, quam si traditio judicialiter fiat; unde debitor contractus emti - venditi inter creditorem de re sua immobili ejusque emtorem initi, non tantum post consummationem, sed & adhuc ante illam certam notitiam adipisci, eaque acquisita creditorem ad praestandam cautionem compellere potest. Casus autem fortuitos rebus mobilibus licet pretiosis saepius, quam bonis immobilibus contingere, ex causis, unde casus fortuiti oriuntur, de quibus STRUV. in *Jurispr. Rom. Germ. Lib. III. tit. 3. apb. 19.* legi potest, cognoscendum. Quod denique Carpzovii fundamenta attinet, illa ideo me non attingunt, quia Carpzovio de cautione pro reconventionem & expensis sermo est, inter hanc autem & cautionem de solvendo in casum succumbentiae in reconventionem insignem intercedere differentiam §. XVI. XVII. XVIII. XIX. pluribus demonstratum, ita, ut propter diversitatem istam intercedentem id, quod in una cautione dispositum, ad aliam trahi nequeat, atque juxta allegat. *l. 22. C. d. admin. tut. res mobiles*, quae servando servari possunt, cum immobilibus exaequantur certo tantum respectu, i. e. quoad alienationem ejusmodi rerum pupilli vel minoris, quum enim antea tutores, curatoresve res pupillorum, minorumve mobiles, licet servando servari possent, vendere tenebantur *d. l. 22. pr.* ubi verba: *Lex, quae tutores, curatoresve necessitate adstrinxit, ut aurum, argentum, gemmas, vestes, caeteraque mobilia pretiosa, urbana etiam praedia & mancipia, domos, balnea, horrea, atque omnia, quae intra civitatem sunt, venderent, omniaque ad nummos redigerent, praeter praedia & mancipia rustica, multum minorum utilitati adversa,*

est, pupilli, minoresve autem sapius, dum res viliori pretio distrahebantur, lædebantur, vel inde redactam pecuniam perdebant, ad talem læsionem evitandam fanciebatur, ne ejusmodi rerum alienatio aliter, quam si sub forma, quæ circa alienationem rerum immobilium adhibenda, facta esset, subsisteret, quare ex *cit. l. 22.* non absoluta comparatio rerum mobilium pretiosarum cum immobilibus probari potest, & ratio, quæ in ibi fundata comparatione respectiva reperitur, in materia cautionis de solvendo in casum succumbentis plane exulat, consequenter & superstructa dispositio.

## §. XXVII.

Depositio  
cessat pro-  
pter renun-  
ciationem.  
ratio hujus  
theseos.

Obj. I.  
Resp.

Tandem depositioni pecuniæ in processu cambiali locus denegatur, si debitor eidem in litteris cambialibus renuntiaverit, depositio namque securitatem debitoris ratione instituentis reconventionis respicit, hincque in gratiam & favorem ejus introducta, quare nullum dubium, quin eidem a debitore renunciari queat *l. 41. ff. d. min. l. 29. d. pact.* Et licet in §. XXIV. asseruerim, pecuniæ depositionem non obstantem renunciationem reconventionis in litteris cambialibus a debitore facta admitti; inde tamen haud colligendum, renunciationem depositionis quoque effectu carere, siquidem ratio, quæ in citato §. XXIV. renunciationi reconventionis effectum adimit, ad renunciationem depositionis non quædrat, renunciatio enim reconventionis non quædrat, renunciatio enim reconventionis, si effectum produceret, renunciatio omnibus exceptionibus ipsi ex litteris cambialibus contra creditorem competentibus privaret, ita, ut debitor ex iisdem ne quidem separatam conventionem contra creditorem movere valeret, dum talis renunciatio renunciationem generalem exceptionum in se contineret, indeque renunciatio factum proprium impugnare, atque ex generaliter renunciatis exceptionibus in separata conventionem fundamentum agendi petere, integrum haud foret *a. l. 25. ff. d. adopt.* Renunciatio depositionis e contrario tantum præju-

præjudicium renuncianti non infert, quia exceptiones in reconventionem fundamentum agendi suppeditantes haud afficit, sed tantummodo emolumentum illud, vi cuius debitor alias victoriam in reconventionem reportans in objectum executionis statim incidisset, cessare facit. Quare debitor depositioni pecuniæ renuncians renunciationem istam liberiori voluntate, quam renunciationem reconventionis peregrisse præsumendus est *a. c. 5. X. d. renunciat.* in verb. *sic tue experientie respondemus, quod nulla ratio hoc verisimile reddit, ut quisquam beneficium multis forte expensis & laboribus acquisitum, quo sustentari debet, facile sine magna causa, sua sponte resignet.* Deinde renunciatio depositionis usurariam pravitatem ut renunciatio reconventionis non nutrit, quum creditor, quamvis a debitore depositioni pecuniæ renunciatum sit; nihilo tamen minus de facto in contractu cambiali admissio in reconventionem respondere teneatur, indeque non obstante tali renunciatio usuraria pravitas, si quæ a creditore exercita, detegi possit. Nec est, quod quis obijciat, nullam actionem & inanem actionem habere, unum idemque esse *l. 6. ff. d. dol. mal.* ibi: *nam is nullam videtur actionem habere, cui propter inopiam adversarii inanis actio est,* atque, si debitor depositioni pecuniæ renunciaverit, creditor autem peregrinus, vel non possessionatus sit, actionem in reconventionem institutam inter inanes merito referri, itaque idem esse, ac si illa actio ab initio nulla fuisset, consequentia namque, quod ille, qui peregrinus vel non possessionatus, ad faciendum satis iudicatum non sit idoneus, maxime fallit; alia enim est quaestio, an executio iudicati sit difficilis, alia an sit impossibilis. Quanquam igitur eo casu, si debitor depositioni pecuniæ renunciaverit, executio iudicati in reconventionem a debitore contra creditorem peregrinum vel non possessionatum obtenti sit difficilis; inde tamen non statim est impossibilis, quum creditor bona mobilia possidere, ex quibus solutio iudicati fieri potest,

Objectio  
II.

Resp.

potest, vel si sit peregrinus, sententia contra ipsum lata per requisitoriales in effectum deduci queat.

§. XXVIII.

Limitatio:

Sicuti autem quilibet renuncians suo tantum juri atque interesse renunciare potest, tertio autem per suam renunciationem nocere nequit BARTOL. in l. 1. C. d. pact. MENOCH. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 3. n. 7. ita non obstante renunciatione depositionis pecuniæ in litteris cambiabilibus a debitore facta judex, si debitor usurariam pravitatem quodammodo demonstraverit, vel juxta præscriptum *Mandati Regii wieder die Banqueroutiers de dato Dresden am 7 Jun. Anno 1724. §. II.* in verbis: *Als wollen wir hierüber zugleich hiermit verordnet haben, daß dem Denuncianten so wohl, als dem Schuldner selbst, wenn er dißfalls Special-Umstände anzugeben weiß, sein Vorgeben und Denunciation eydlich zu bestärcken, frey gelassen, jurato asseruerit, depositionem pecuniæ admittere valet, siquidem creditor per usurariam pravitatem commissam Jure Saxonico Electorali, (Jure enim Imperii per *Ordinat. Polit. de anno 1577. Tit. 17. §. 8.* in verb. *Den vierdten Theil an seiner Haupt-Summa verlohren, und derselbig halb seiner Bürgerlichen Obrigkeit, an etlichen Orten Erb-Gericht genannt, zum andern halben Theil aber der Obrigkeit darunter der arme Mann, gegen dem solcher wucherlicher Contract und Partita gebraucht worden, heimgefallen seyn soll, debitor quartam partem fortis in duas partes dividendam, quarum una creditoris, altera debitoris magistratui cedit, perdit) totam sortem amittit per *Mandat. Elect. de ao. 1625. von wucherlichen Contracten und unzulässlichen Cessionen* s. *So wollen wir in verbis: Daß sie nicht allein***

ein des vierdten Theils, sondern der ganzen auf Wütcher ausgeliehenen *Summen* verlustig seyn, eaque detracta quarta parte, quæ juxta *allegati Mandati* wieder die *Banqueroutiers*. §. 2. denuncianti tribuitur, fisco Principis vindicatur. Unde jus, quod in ea pecuniæ summa, cujus depositioni debitor in litteris cambialibus renunciavit, fisco Principis per creditoris commissam usurariam pravitatem acquisitum, debitoris renunciatione depositionis nullo modo auferri, minuive potest. Hæc de præsentî materia suffici- **Conclusio.** ant, plura equidem superessent, quæ adducere possẽm, verum, cum limites propositos egredi videantur, hoc unicum tantum adhuc addo,

S. D. G.



QK Fe 1467

28

174472

ein bestimmter Fache, sondern der augen der  
 mit unterschieden waren verhalten, was  
 4. quarta parte, que jacta auget, hanc in  
 videretur, et denunciantur, et a Francis in  
 dicitur. Unde in hoc ad hoc, in hoc, in hoc  
 politiam debent, in hoc, in hoc, in hoc  
 Punctis per se habent, in hoc, in hoc, in hoc  
 quibus, debentur remissionem deponitur nullo modo  
 autem, in hoc, in hoc, in hoc, in hoc, in hoc  
 aut, in hoc, in hoc, in hoc, in hoc, in hoc  
 tum, cum in hoc, in hoc, in hoc, in hoc, in hoc  
 unicum, in hoc, in hoc, in hoc, in hoc, in hoc


S. D. G.



n.c.







Farbkarte #13

B.I.G.

Stk. 182.  
Nr. 182. (24)

Ve  
1467

Q. D. B. V.  
DISSERTATIO JURIDICA  
DE  
FUNDAMENTO JUDICIALIS  
PECUNIÆ DEPOSITIONIS  
IN  
PROCESSU CAMBIALI JURE  
ELECTORALI SAXONICO  
ADMITTENDÆ,  
QUAM  
SENSU MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS  
SUB PRÆSIDIO  
DOMINI  
D. JOHANN. GOTTLIEB. SIEGEL  
DIE XXIII. FEBR. A. G. M D C C XXV.  
H. L. Q. C.  
ERUDITORUM EXAMINI  
SUBMITTIT  
AUTOR & RESPONDENS  
JOHANN. CHRISTOPH. SCHINCK.  
AURIBACH. VARISC.  
NOT. PUBL. CÆS. JURAT. ET AB AMPLISS. SENATU  
LIPS. IMMATR.  
LIPSIAE,  
LITTERIS ANDRÆ MARTINI SCHEDII.

BIBLIOTHECA  
PONICKAVIANI

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK  
HALLE  
(SALLE)